


## **Rector In Alma Hac Eberhardina L. S. Quod adhuc feralia turrium aera totis cottidie horis lugubri significarunt murmure ...**

Tubingae: Litteris Joh. Heinr. Phil. Schrammii, [1732]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn177386050X>

Druck Freier  Zugang





Friedrich  
Ludwig  
von  
Württemberg















# RECTOR IN ALMA HAC EBERHARDINA

L. S.



Quod adhuc feralia turrium aera totis cottidie horis lugubri significarunt murmure, de eo iam & atra haec, quam siccis nemo tangat legatue oculis, tabella Vos, *Ciues tristissimi*, tristi reddat nuncio certiores. Proh vero nuncium! qui, ut percrebuit inter nos, omnium ita perculit animos, consternauitque, sensu calamitatis acerbissimae imas mentium medullas ita pertentauit, ut obstupesceret, ut de statione deiecerit, tantum non confecerit penitus. Proh! nuncium, quo in plena lacrumarum flumina colliquefcent, soluanturque, vel è scopulis nati, ferinoque nutriti lacte animi! Quam vero & nos iam, ex infamis alias Caesaris formula, nescire litteras vellemus, qui ex officii munere, quo inter Vos defungimur, heic illum repetamus. Repetamus vero? Immo vero repetamus; sed ita, ut verba neutiquam articulis, sed singultuum interuallis, immenso istos numero superaturis, dimetiamur; ut manus in adfectis, quae scribendae essent, vocibus sexcentis delasctur, defluatque; ut experiantur omnes, re vera nobis accidisse, quod Romanis in minoris momenti quiritatione in voris olim fuit, quum, ut vox deficeret ipsos, optauerunt. Nihil miramur, *Lucam Ostandrum* olim, infaustam Cancellariatu suo adpersam labem, existumasse, quod ab Anno superioris seculi vicesimo secundo ad tricesimum primum, *quatuor Wurtembergiae Ducum*, eorumque ex *quinque filiis*, quos gloriosissimus Dux, FRIDERICUS, reliquit, fratrum, MAGNI, IO. FRIDERICI, LUDOUICI FRIDERICI & FRIDERICI ACHILLIS, funera scholae huic indicere, necesse habuit; Certe nos oneri Aerna grauiori ingemiscimus atque explendis officii nostri, iam ut quod maxime illaetabilis, partibus tam non perentiscimus nos pares, ut defetiscamur potius, dum de *vnus tantum Wurtembergiae Ducis* obitu inauspicatus ad vos perferendus est nuncius. Nimirum occidit, eheu! proh fatum! Vah vocem! quae oculos implet, animos haurit, mentis partes adimit omnes, ora exsiccet, voces in faucibus perimit, cogitationes nascentes opprimit, turbatque, ut, quid primo? quid secundo? quid postea? efferendum sit, minime constet! Occidit vnicum mortalitatis, quam sero exuat! solatium *Serenissimi Ducis, Domini ac Nutricii nostri indulgentissimi, EBERHARDI LUDOUICI!* Occidit *Serenissimae matris Patriae, IOANNAE ELISABETHAE*, pignus, quo coelesti munere Anno 1709, D. M. Decembr. xlv, facta mater est, vnicum! Occidit *HENRICAE MARIAE*, omnium virtutum & decorum numeris absolutissimae Principis in augusto toro, inde ab Anno 1706, socius suauissimus! Occidit princeps patriae nostrae spes, fidusque, ab quo, sole paterno sese aliquando condente (cuius nuncium nemo audiat nostrum!) lumen, incolumitatem, decus, floremque, Ducatui huic, aris, focis, fortunis & caritatibus nostris promissimus! Vah vero!

Quae fata Deum Rex

Sortitur, voluitque vices? qui vertitur ordo!

Occidit terrarum nostrarum heres *sine herede mare*, qualem, vix sex vertentibus mensibus monstratum terris, ante tredecim hosce annos iam, inexorable fatum abstulit, *vnica filia principe* decenni, DN. LUDOUICA FRIDERICA, in orbitatis solatium relicta! Intelligitis ipsi, *Ciues*, intelligitis, quem, quae-ficis ambagibus, teneritas adfectus nominare detrederet. Occidit scilicet, occidit eheu! qui Pyliam superare senectutem debuisset, *Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus FRIDERICUS LUDOUICUS*, *Dux Wurtembergiae ac Tecciae, Comes Montis Pelicardi, Dynasta Heidenhemii, Laudatissimi Circuli Suenici Generalis Campi Marschallus Locumtenens, nec non legionis equestris Chiliarcha &c. Wurtembergicarum terrarum heres, idemque Dominus ac Princeps noster, dum vixit, perquam oppido clementissimus.* Hinc ille, *Ciues*, totius Charitinae horror; Hinc

Patria terribili tremit horrida terra tumultu,

& totis adeo turbatur agris! Hinc senium, hinc moestitia omnium, trepidatio & anxia futuri sollicitudo! Hinc tartareus ille tectorum parietumque nostrorum nigror! Hinc taedae funestae! Hinc luridi illi, triste tumentium, vultus; illi constantium etiam virorum, oculorumque, Niobes instar percussorum, imbres! Hinc illae, tam spiritum vix ducentium secretae musitationes, quam soli mala narrantium quiritationes amarissimae, ad inflammanda ipsius coeli abdita comparatae. Scilicet, minime

plebeios luctus testata, cupressus

spargitur; tantum abest, ut priuatum aliquem larem, ut aulam solum nostram tangere videatur casus tristissimus, ut ad vniuersos potius nos iacturae pertineant momenta, & causae lugendi omnibus incumbant innumerales. Quid? quod extra fines terrarum, Wurtembergico imperio parentium, luctus nostri squalor erumpere censendus sit, sub alio etiam sole regum, populorumque, ad quos *Wurtembergicorum Principum* virtutem gloriamque dudum propagauit fama, commiserationem prouocaturus. Ingemiscunt sane praecoci maxumae spei Principis fato summae in omni *Europa christiana* Aulae: quae, ex quo pulcerrimis felicium matrimonio-rum federibus pleraeque omnes cum Wurtembergica subinde coaluerunt, pars communicati sanguinis beneficium debere gaudentes, pars conferentes, fata huius numquam reputare queunt aliena. Ingemiscunt aulae, *Gallicana* inprimis & *Sabaudica*, nec non toto orbe celebratae Respublicae, quae olim Eum lacrao, multoque cum honore, passis exceperunt vlnis, coluerunt ac miratae plurimum sunt, quum



77-46.  
11361.



2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

quum in itineribus suis ad eas, decora Ipsarum, sapientiam, studia, cultumque, spectatum, diuertisset. Quid regiam speciatim *Borussorum* aulam, quae sanctissimorum, numquam non felici fidere ac euentu repetitis, amorum vinculis, non nupero demum seculo, nostrae colligata, *Beatissimi Principis* torum, **HENRICA MARIA**, magni olim Parentis, **PHILIPPI GUILIELMI**, filia vere *Augusta*, ante quindecim hosce annos, auxit, ornauitque, facere arbitramini? Quid vniuersam *Germaniam*? Germaniae enim compagi vniuersae ita innexae *Wurtembergicorum*, qui togati perinde, ac sagati, magna semper grauisimarum quarumuis rerum pars fuerunt, *Principum* sunt rationes, vt decedere horum possit nullus, vt nihil illa concutiatur aut ex elade persentiscat; quin tanta exstant Eorum in hanc ab omni hominum memoria, inprimis vero ab eo inde tempore, quo in eam, qua nunc se sustinet, qua floret ac triumphat, formam eualuit, merita, vt ab omni cultu & sensu censeret aliena deberet, nisi *Wurtembergico Principe* exanimato, humanitatem ac luctus proderet societatem. *Augustissimis* certe *Imperatoribus*, vt aliorum orbis capitum sensus taceamus, eam semper sedisse mentem, testatum Ipsi fecerunt, quae magno numero proflare voluere, plenis gratiae & laudum documentis, & luculentis, quae aliis praeiuerunt, exemplis. Non excitabimus iam, quae vel remotiora iusto ab aetate nostra, vel in omnium memoria & oculis esse, videri poterant. Cui non dictus Hylas! quid *HENRICOS*, quid *CONRADOS*? *RICHARDOS*? *ALBERTOS*? *MATTHIAS*? *FERDINANDOS*? quid *Austriacos* omnes? quid *Magnum* inprimis *LEOPOLDUM*? *Diuum IOSEPHUM*? *Augustissimum CAROLUM* commemoremus? quid Eorum, in tabulariis nostris seruatas ad *EBERHARDOS*, ad *CHRISTOPHOROS*, *FRIDERICOS*, *LUDOUICOS*, ad *FRIDERICUM CAROLUM*, ad *Serenissimum EBERHARDUM LUDOUICUM*, litteras, totidem veneranda gratiae & gratiosissimae mentis monumenta, replicemus? Ex quinto decimo, & sequenti proximo, seculis duos tantum *cognomines*, eosdemque Germanicarum rerum aequae peritissimos, ac studiosissimos, eo nomine adpellabimus *AUGUSTOS*, *MAXIMILIANOS*; quorum prior, magni illius *CAROLI V.* auus, *EBERHARDI I.* fidem, prudentiam ac omne in Imperium merita summo non tantum loco habuit ac, quoad eius fieri potuit, impense honorauit, pensauitque honorifice, sed etiam, quum ad defuncti sepulcrum fixisset pedem, tam copioso lacrumarum, quas profundere non erubuit, flumine, quam honorifica formula gloriosissimo Duci parentauit, totidem verbis adferens: reliquias eius Principis illo in monumento reconditas esse, quem Ipse in vniuerso Imperio suo, virtute & sapientia praestantissimum habuisset; cuius etiam non modo fidem, sed summum consilium in grauisissimis, maxime dubiis, intricatisque rebus, magno Imperii emolumento, esset expertus; posterior autem, *Diuus MAXIMILIANUS II*, *FERDINANDI I.* filius, accepto nuncio de obitu *CHRISTOPHORI*, *Wurtembergiae Ducis*, in tantum laudandi, in quantum cumulatissime laudari principum potest quisquam, & effusissime illacrimasse, & multo verborum ambitu, hunc vnum principem sapientia & pietate reliquis multum antecelluisse, & maximo Imperii Romani dispendio praematura morte ereptum, praedicasse, idem eandem in sententiam litteris, ad alios Imperii Principes exaratis, amplissime testatum, certis narratur monumentis. Honorificentissimi profecto *Wurtembergicorum Principum* laudatores! quibus longe illos feliciores iudicemus, fas est, quam *Achillem* censuit, ad eius siue in *Sigaeo* tumulum, siue statuum constitutus, *Magnus*, quem vocant, *Alexander*, quod misellum is *Homerum* nactus fuerit classicum rerum suarum praeconem, buccinatoremque. Sed maiora istis auditori eseretis, si vel solum *LEOPOLDUM Magnum* loquentem heic faceremus de *EBERHARDO III.* de *FRIDERICO*, de *VLRICO*, de *GUILIELMO LUDOUICO*, de *FRIDERICO CAROLO*, de *GEORGIO FRIDERICO*, de *FERDINANDO GUILIELMO*, de *CAROLO RUDOLPHO*, *Gloriosissimi Ducis*, *IO. FRIDERICI*, *filiis & nepotibus*, magnitudine rerum praeclare gestarum incomparabilibus, totidemque, regnorum & populorum magnorum, vel terroribus olim, vel tutelaribus genis, vel deliciis, nec non de *Serenissimo Domino ac Principe nostro*, **EBERHARDO LUDOUICO**; quod augustissimum testimonium calculis, laureis & tropaeis luculentissimis vltro exornaturi certatim essent summi *Germaniae totius principes*, *Hispani* item, *Angli*, *Galli*, *Sueci*, *Dani*, *Poloni*, *Bataui*, *Veneti*, ipsique etiam *Turcae*. Verum, quo delabimur? quid est, quod immorari exteris iam gaudeamus? Refugit nempe mens in propriis, ac domesticis nobis, lugendi causis percontandis, expendendisque, versari: vnde illis occupari amat, & respirandi interea sperat interuallum. Ast, licet ita quidem ista sese habeant omnia; licet doceant, quo *Serenissimam Gentem Wurtembergicam* loco numquam non censuerint, censeantque etiam nunc, summae totius *Europae* potestates; honori licet sint praecipuo; Exasperant tamen, si recte subducamus rationes, augentque potius nostras plangendi causas, quam mitigant. Quod si enim sensus vulneris, quo nostra sauciantur viscera, tantum valere in exteris potest; quo nos abripiamur? quorum aerumnosae hiat in medullas, quorum exulcerat animos, miserabiliterque adurit illud, quo nunc adfligimur infelicissimi. Atque ita omnino, singulari fatorum inclementia, comparatum est, vt, quae minuendis summis luctibus intercedere alias atque inferuire queunt, heic fere absint; adsint ex aduerso omnia, ingrauescantque, quae ad exacerbandos dolores apta maxime sunt nata. Ire in singula, vel indice tantum digito signare, quae istis censenda classibus venirent, nequaquam ducimus integrum: ne scilicet id videamur agere, vt admonendo intolerabilem plane reddamus *desideratissimi Principis* obitum, quem nemo adhuc vnus ita fert, vt, reducto ad aequitatem animo, finem, modumue lamentationum statuere didicerit. Non equidem tristi demum casu hoc, miserabilique euentu, edocti sumus, nec principibus de immortalitate cautum naturam voluisse lege; certo potius sciuiamus, dum inaeftumabili olim bono isto donaremur coelitus, mortalem genuisse filium, *Parentem Serenissimum*. Sed exploratum id inferioris quoque sortis hominibus est; neque tamen exemplis caremus eorum, qui obitus suorum lacrimis & planctibus immoderatissime sunt prosequuti. Principum certe omnium, qui & ipsi nascuntur, vt denascantur, quandocumque moriantur, fata non possunt non impensius desleri, atque ambitiosissimo lugeri adparatu: quia magni semper iactura boni sit; neque vmquam vsquam lampas de manu transit in manum sine molestia, sine periculo, sine damno. Sol, laetus ille vitae gaudiique omnis parens, atque infinitorum dispensator bonorum, cottidie obseruatur occidere; nec tamen *Hesperias* vmquam descendit in vndas, quin oculorum pariter, ac mentium, serenitatem, agendique securitatem, ac opportunitates, adimat, offensionibusque, ac lapsibus, praebeat occasionem. Ita numquam opportune, mature numquam videbitur mori princeps. Vt multum vixerit, dicente celebri superioris seculi *Panegyrista*, non satis vixisse crederetur tamen, qua potuit prodesse. Quo plura contulerit, hoc collaturus fuisse videbitur plura, qui bene facere numquam cessauit. Optumi licet succedant; interrumpetur tamen semper aliquid operis boni: intercapedo ipsa & mora, dum transit imperium, deputatur in damno, molesta sane est. Quorsum & illud *PLINII* omnino pertinet, mihi, scribentis, videretur acerba semper & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus



tibus dediti, quasi in diem viuunt, viuendi causas quotidie finiunt: qui vero posteros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt, his nulla mors non repentina est, vt quae semper incoatum aliquid abrumpat. Nos Principem desideramus in eo aetatis articulo, quo in primis vigere ac efflorescere debuerat, ereptum; quod acerbissimi sane luctus graue satis argumentum est. Sed grauiora dicemus: amissimus Principem, terrarum nostrarum heredem, eumque, quod longe maximum, *Serenissimi Parentis* filium vnicum. Quis igitur illius noctis, quae Cimmeriis tenebris foedauit, quae foedissima macula infamauit *diem vigesimum tertium* M. Nouembris, *Anni proximi*, quae nobis tam carum caput abstulit, quae, si iacturae magnitudinem, si spes tot ciuium aestumes, gaudiorum secula perdidit; Quis, inquam,

Quis cladem illius noctis, quis funera fando  
Explicet? aut possit lacrimis aequare dolorem,

quo obruimur, quo sepelimur, quo grauiorem, cui similem numquam sensit *Wurtembergia* vnumquam? Minime quidem nos later, nec primum *Principem Heredem*, nec primum *vnigenitum* filium, esse *Beatissimum*

**FRIDERICUM LUDOUICUM** nostrum, qui in *Wurtembergia* ante diem, diem clausit supremum. Diuus EBERHARDUS III. decimo septimo, omni elogio superior CHRISTOPHORUS, decimo sexto seculo, *primogenitos* vterque, eosque *destinatos terrarum heredes*, & magnus EBERHARDUS ille, cui *Contentiosus* haesit agnomen, seculo decimo quarto *unicum filium*, suum aliquando succesorem, amiserunt. Iactura tamen Ipsorum tantum concessit nostrae, vt cum ea comparari neutiquam possit. Quum enim EBERHARDO III. lactissimo *filiorum septemdecim*, vt *numerosa filiarum principum decora* sileamus, A. c. 1519. D. II. M. Augusti, *Londini*, in summam omnium spem adolescentem heredem, IO. FRIDERICUM, fratribus nascendi ordine *posterioribus*, LUDOUICO FRIDERICO, CHRISTIANO EBERHARDO, EBERHARDO, CAROLO CHRISTOPHORO, annis eius seculi *xxxix, xl, xli, & l*, iam tum inter coelites receptis, inopinata morte adlectum esse, nunciaretur: felicissimus non tantum *heres* alius, ac *successor*,

**GUILIELMUS LUDOUICUS**, auus *B. Principis* nostri laude dignus immortalis, duodecimum viuendo compleuerat annum; sed *triga* etiam *Principum*, qui summis postea acui omnis heroibus palmam fecerunt dubiam, FRIDERICUS CAROLUS, *verus ille Germaniae Achilles*, CAROLUS MAXIMILIANUS, felix ille Stuttgartiae seruator, GEORGIUS FRIDERICUS, terror ille Turcarum, ad leniendum dolorem fuerat nata, florueratque: quibus deinceps accesserunt, LUDOUICUS &, memorabili fecunditatis felicitate, iuxta ALBERTUM CHRISTIANUM, IOACHIMUM ERNESTUM, PHILIPPUM SIGISMUNDUM, CAROLUM FERDINANDUM, EBERHARDUM, IOANNES FRIDERICUS; sub idem tempus aulis, *Neostadiensis*, ex FRIDERICO, *Oelsana*, ex SYLUIO NIMRODO, *Mompelgardensis*, ex GEORGIO, *Weiltingens*, ex MANFREDO, frequenti *mascula sobole* perennem *Wurtembergicae stirpi* florem eo certius pollicentibus, quod ipse EBERHARDUS III. *prius viuere, quam Wurtembergiae liberos dare*, desuit; ex se scilicet *coniugem*, MARIAM DOROTHEAM SOPHIAM, *Oettingensem*; ex filio herede, GUILIELMO LUDOUICO, *nurum*, MAGDALENAM SIBYLLAM, *Darmstadinam*, *vteros gestantes*, relinquens, ac quarto à morte mense, IMMANUELE EBERHARDO, *septimo decimo filio*, factus pater. Quum porro A. sexti decimi seculi sexagesimo octauo, tertio mensis Maii die, summum illud Diui CHRISTOPHORI & Patriae delictum, EBERHARDUS, superato iam vigesimo tertio aetatis anno, paucos post menses regundis terris nostris admouendus, *Goepplingae* communis vsura lucis priuaretur: exoptatissima ista, ipsis Anni quinquagesimi quarti Calendis diuino munere data strena, LUDOUICUS, immo & FRIDERICUS, ex GEORGIO *Mompelgardensis*, VLRICI *Ducis*, fratre, eodemque integrum, & quod excedit, iustrum, supra quinquaginta annos, tum iam nato, profatus, Idemque in aula Stuttgartiana iisdem Musis & Gratiis imbutus, ac felix tot *Wurtembergiae Principum* pater, praesto erant, lucem, sobolem ac florem terris nostris largituri. Redimente demum in famosissimo ad *Wlam* proelio, A. quarti decimi seculi *xxcix*, D. M. Aug. *xxiii*, VLRICO, *unico* EBERHARDI, cetera fortunatissimi, *filio* vita sua insignem victoriam: viguerat iam, filius VLRICI occumbentis, torquendo regiminis clauo aptus, EBERHARDUS, cui benignioris, quo effulsit, ingenii lenitas agnomen *Mitis*, ANTONIA vero *Mediolanensis* eodem, quo vitalis lux VLRICO, patri, fuit extincta, die, EBERHARDUM *ix*. peperit: vt inter caesa prostratorum hostium cadauera victori proauo, recreato animo exclamare licuerit: *Sink hat wider Saamen!* Felices igitur Vos, terque quaterque felices, magnae

**EBERHARDORUM, CHRISTOPHORORUM**que, animae! O beatas Vos, iterum iterumque beatas! quibus benigniorum clementia fatorum in promptu esse iussit, quo luctus, qui omnium est summus, acerbiter, vt adfligere Vos occoepit, temperaretis; quibus superstitum heredum vigor & ipse lugentium, *agnatorum* etiam, numerus, sensum, orti subinde ex mortuorum decesu doloris suauius demulsi. Miseros contra nos, immo vero miserrimos, quibus exquisitissimi iste fons solatii exaruit! Vae nobis! Proh mare! Proh coelum! quod madescentes *Serenissimi* **EBERHARDI LUDO-**

**UICI** nostri oculos laetis natorum ex se nepotum imaginibus non liceat serenare. Nihil certe nobis videmus relictum, quam vt ipsum *Magni Ducis* spiritum, plane heroicum, excitemus, vt sua se magnitudine, vt ingenio suo, triplici aere firmiori, robore sustineat in calamitate, quanta dici, quanta cogitari valet, maxima, quae describi non, nisi ab eo, qui paris cum Eo sit animi, reuera, puta, possit à nemine. Et sane commodum nobis heic id in primis accidit, magnos *Magnorum Principum* animos suo sinu complecti, atque ab se Ipsis petere posse, quae sufficiunt ferendis fortiter, ac strenue superandis iis, quibus inferioris caeuae homines numquam, nisi aliunde petita ope, superiores triumphant. Iuuat hanc in rem D. CHRISTOPHORI in memoriam reuocare exemplum, qui, accepto in thermis ferinis de morte *primogeniti* sui, EBERHARDI, iam tum à nobis nominati, nuncio, nihil fere turbatus, praeter decantatum illud: *Der Herr hat ihn gegeben / der Herr hat ihn wieder genommen* / c. quidquam narrantibus respondisse, negatur. Nulli dubitamus, quin *Serenissimus* **EBERHARDUS LUDOUICUS**, in pari casu eodem adfectus animo, eadem sit repetiturus, ac re probaturus ipsa, & suam omnino esse, quam LUDOUICUS, CHRISTOPHORI filius, tribus istis ex vernaculo alphabeto elementis *T. G. W.* frequentauit, referam: vt fert diuina voluntas! *Nach Gottes Willen!* Summis efferat *L. Sullam* laudibus, *Seneca*, quod virtutem eius militiamque, quum amiserit filium, nihil ea res contuderit; admiretur is, cum omni *Graecia, Xenophontem*, qui in ipso sacrificio nunciata filii morte tibicinem tantum tacere iusserit & coronam capi



piti detraxerit, cetera rite perfecerit; His anteponendum contendat, *Pulvillum*, Pontificem, qui, quum postem tenenti & Capitolium dedicanti, mors filii nunciata fuerit, exaudisse illam disimularit, sollemnia pontificalis carminis verba conceperit, gemitu non interrupte precationem. Non indigemus nos istis ab antiquitate, vel exteris, conquisitis exemplis ad accendendam in isto calamitatum genere virtutem in Ducibus nostris: tantum opis est in ipsis, ut praeclucere aliis queant, non, nisi excelsissimis, imitabilia mentibus. Sed ad coelum quoque mentium nostrarum vim conuertemus; illud precibus tundemus supplicibus, ut expugnemus, ut placatum reddamus, nostrisque rebus conciliemus. Te, DEum T. O. M. sollicitabimus, etiam atque etiam vellicabimus, ut, quanta indignatione in delicta arsis nostra, tanta posthac, facta istorum gratia, nos, nostraque omnia, complectaris, foueasque indulgentia. Tibi, summe rerum arbiter, Tibi antiquissimum Ducatum, Tibi terras nostras, quae tot orbi Heroas, tot publicis rebus columina, tot veritatis sanctissimae adfertores, propagatoresque dedit, atque formauit, quanto possumus opere, commendamus. Tuere, ac serua hanc *Germaniae gemmam*, hanc sacrorum, quae Tibi sola placent, sedem, hanc cultus, quo vnice delectaris, officinam, sartam, tectam, Tibi, Tuoque honori in solidum dedicatam. Recrea, DEus, *Principem Serenissimum*, **EBERHARDUM LUDOUICUM**, *Patriae Patrem, Dominum ac Nutricium nostrum indulgentissimum*, in quo vno, ut omnes singulorum, quos parentes ac maiores nostri venerati sunt, praedecessorum virtutes, cumulate auctas, ita spei quoque nostrae omnis proram puppimque collocatam intelligimus. Perfunde *Ducem Optimum* coelesti solatio; refice larga solidorum gaudiorum adfluentia. Vigere, florere, nostrisque, ultra *EBERHARDI Contentiosi* annos, interesse ac praeesse rebus, firmisimumque praestare praesidium, & adfundere decus, iube, quem colimus, quem in deliciis & amoribus habemus, principem, Nestoreis annis dignissimum. Eiusdem felicitatis participes fac *Magni Ducis Serenissimam Coniugem*, **IOANNAM ELISABETHAM**; *nurum Augustam*, **HENRICAM MARIAM**, *Viduam nunc moestissimam, cum nepte vnica, Serenissima* **LUDOUICA FRIDERICA**, quas ut in oculis, sinuque Tuo, paterne geras, abunde refocilles, amplissime augeas, liberalissime ornes, benignissime ames, foueasque, summa, qua licet, obtestamur contentione. Damna, quae sumus, nos piorum, quae Tibi supplicamus, votorum; fac grata sint, fac rata. Fac, quae supplicationum nostrarum summa est, fac, potentissime DEus! feri intelligant posteris, Tibi curae cordique fuisse *omnem Wurtembergicorum Principum gentem*: quo nomine inprimis fauori Tuo, Tuoque tutamini, tum *tria illa fulmina belli*, **MAGNOS magni** ac de Ducatu nostro, imo de vniuersa *Germania*, supra quam dici potest, *meritisimi Ducis, Beatissimi DN. FRIDERICI CAROLI, FILIOS, DN. CAROLUM ALEXANDRUM, DN. HENRICUM FRIDERICUM, DN. FRIDERICUM LUDOUICUM*, Patri virtutum & rerum praeclare gestarum excellentia oppido similes, eosque *Heroas*, summis, si non anteferendos, certe quiparandos; tum & *Serenissimum*, quo *Eberhardina nostra* gaudet fulgerque praesente, Principem, **DN. CAROLUM CHRISTIANUM ERDMANNUM**, cupimus commendatissimos. Perge illos coelesti benignae voluntatis Tuae aura iugiter adflare: ut gloriam, ut stirpem maiorum ad ultimos, qui periturae rerum vniuersitati conclamabunt, homines, & fecunditatis & rerum gestarum felicitate, propagare non desinant. Ceterum, quibus iam argumentis vtrumque subigendi nostri omnium sint animi, eoque adducendi, ut cladem, qua tantum non opprimimur, moderatius ferre ac arcanis diuinae voluntatis decretis adquiescere discamus; quum difficile omnino sit docere: heic sicco transimus pede. Praeibit illa, explicabitque, pro ea, qua eximie pollet, mentis perspicacia, rerum vsu & oris facundia, *Reuerendissimus Scholae huius Cancellarius, D. CHRISTOPHORUS MATTHAEUS PFAFF, S. Theol. D. ac Prof. Primar. Sereniss. Ducis nostri consiliarius, Monast. Laureac. Abbas, ac Eccles. Tubing. Praepositus*, qui, quum *Beatissimo Principi* nostro, **FRIDERICO LUDOUICO**, ab institutionibus & sacris olim, ac in itineribus indiuiduus diu fuerit comes, in persoluendis Eidem, quae debemus, iustis parentalibus totius Senatus Academici sollemnem ager interpretem. Intelligitis, *Ciues*, quae causa intercedat, quam ob rem nec elogium *Beatissimi Principis* isthac suspenderit tabula. Vti enim in nostris omnium animis sibi monumentum Ipse erexit, quo perenniora, quo praestantiora non efficient, qui laboriosa opera vel stupendas excitabunt moles, vel ceram, seu aera, in *B. Principis* emollient vultum atque imaginem: ita Idem *facundissimus Vir*, quo nemo fere quisquam perspecta magis & in numerato habet, quae vtramque heic facere paginam debent, distributius enarrabit *Magni Principis* genus à proavis ingens, clarumque Paternae

Virtutis nomen;

dotes item, virtutesque, ab summis Europae mentibus magni factas; praecipuas vitae partes, casus & felicitates; luculenter inprimis velut in tabula praesentabit excelsum, quae *Wurtembergicis Principibus* propria fere est, indolem, inter Heroicae pietatis specimina probatam etiam, ex quo grauisissimi morbi, qui magni hospitium animi depauit, indicio, veluti lictoriae virgulae strepitu, praesensit *B. Princeps*, fore propediem, ut, corpore sensim sensimque colliquescente, ex conducta & ruinoso domo hac discedendum ac exuuiarum proficiae morti sint dedicandae; immo, diuini spiritus ope demonstratam, quum in primo iam ore liberior natarer anima. Quotquot igitur in societatem luctus cum vniuersa patria venerunt, venisse autem Vos, *Ciues*, ad vnum omnes, explorare scimus; quotquot iam & praestantissimorum solatorum cupidi sunt; quotquot *SERENISSIMIS B. Principis PARENTIBUS, AUGUSTAE item CONIUGI, tum SERENISSIMAE Eius FILIAE Principi, nec non Vniuersae*, quae in luctibus est, *Serenissimae Genti Wurtembergicae* debitam demississimae mentis reuerentiam, pietatemque, testari, bene precari, sancta nuncupare vota, Ipsique *B. Principi* vltimum pro eo, ac par est, habere honorem, suarum partium adgnoscent: *crastino die*, quo terrestres *B. Principis* reliquiae *Ludouiciburgi* sollemni cerimoniarum pompa atque adparatu inferentur Mausoleo suo, cum splendidissimo *Serenissimae Domus* legato, *Hora ix antemeridiana*, qua flebili suo officio pro rostris academicis defungetur *eloquentissimus Parentator*, in *Aula*, quam vocamus, *nona, decenti habitu numeroque confluendi, sibi legem dicent sanctissimam. P. P. P. S. S. S. D. M. Febr. xxix.*

A. clb lcc c xxxii.

TUBINGAE, LITTERIS JOH. HEINR. PHIL. SCHRAMMII.



Als  
Nach Gottes ohnerforschlichem Rath und Heil. Willen  
Der Weiland

Durchlauchtigste Fürst und Herr,

F R K R

Friedrich Ludwig,

Herzog zu Württemberg und Teth / Graf zu Nömpelgardt und Herr zu Weidenheim / 2c. des Köbl. Schwäbischen  
Cranfes General-Feld-Marechal-Lieutenant und Obrister  
über ein Regiment zu Pferd / 2c. 2c.

Unser Gnädigster Erb-Prinz und Herr /

Des Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn /

F R K R R

Eberhard Ludwigs,

Herzogen zu Württemberg und Teth / Grafen zu Nömpelgardt / Herrn  
zu Heidenheim / 2c. der Röm. Kaiserl. Majestät / des Heil. Röm. Reichs / wie auch  
des Köbl. Schwäbischen Cranfes General-Feld-Marechaln, und Obristen über ein Kaiserl.  
Dragoner- und Schwäbisch Cranf-Regiment zu Fuß, 2c. 2c.

Unseres Gnädigsten Fürsten und Herrn /

Wie auch  
Der Durchlauchtigsten Fürstin und Frauen /

F R A U E N

Johanna Elisabetha,

Herzogin zu Württemberg und Teth / Gräfin zu Nömpelgardt / 2c. 2c. Geborne  
Marggräfin zu Baaden und Hochberg / Land-Gräfin zu Sausenberg / 2c. 2c.

Unserer Gnädigsten Fürstin und Frauen /

Einiger Herz-geliebtester Herr Sohn und Erb-Prinz /

Und Ibro Hoheit

Der Durchlauchtigsten Fürstin und Frauen /

F R A U E N

Henrietta Maria,

Herzogin zu Württemberg und Teth / Gräfin zu Nömpelgardt 2c. 2c. Geborne Marggräfin  
zu Brandenburg, Prinzessin in Preussen, 2c. 2c.

Unserer auch Gnädigsten Fürstin und Frauen

theuerst- und innigst-geliebtester Herr Eh-Vermahl /

Nach überstandener beschwehrllicher Krankheit zu des gesamten Hoch- Fürstl. Hauses ohnbeschreibli-  
cher Betrübniß, und des ganken Landes unverschmerglichen Verlust

Den 23. Nov. 1731. Nachts nach 9. Uhr

Durch frühzeitigen Tode in dem 33ten Jahr Seines Hoch-Fürstl. Alters in die ewige Herrlichkeit übergangen /

Wurde  
bey der auff der Vniuersitaet zu Tübingen

In schuldigster Bezeugung innigster Empfindung und unsterblicher unterthänigster Deuotion

Von des Weil. Durchlauchtigsten Erb-Prinzens ehmaligen Praeceptorn und jetzigen Canklern

D. Christoph Matthäus Pfaff /

in dem größesten Lehr-Saal der Vniuersitaet vor einer höchst-betrübten Versammlung

Am Tage der Beysetzung in die Hochfürstl. Gruffe /

abgehaltenen Parentation

nachstehende Ode

in dreyen Absätzen bey stillem Traur-Klang abgesungen.



I.

Ehe die Traur-Rede ihren Anfang genommen  
wurde gesungen:

I.  
**W**einet Väter, weinet Söhne,  
Traur, bewölkt's Zef, Athene/  
Weine! weine, wer nur kan!  
Weil uns Worte müssen fehlen  
Unsern Kummer zu erzehlen:  
Fanget nur mit Weinen an.

2.  
Weinet: Helden Herzen bluten;  
Fürsten Augen strömen Fluthen  
Bitterer Thränen, Perlen aus.  
Unser's Grossen Herzogs Erben/  
Fridrich Ludwigs/ frühes Sterben  
Macht das Land zum Trauer-Haus.

3.  
Fridrich Ludwig/ unsre Sonne/  
Sonne von des Fürsten Sonne,  
Grosser Elter ein'ger Sohn;  
Fridrich Ludwig/ Dessen Gaben  
Könige bewundert haben;  
Ehmahl's unsrer Schule Cron;

4.  
Fridrich Ludwig/ ach! wir können  
Diese Nahmen nicht satt nennen!  
Fridrich Ludwig ligt entseelt:  
Seiner Mamma Herzens Freude,  
Henriettens Augen-Wende,  
Und Cousens Papa fehlt.

5.  
Darum weinet, weinet alle!  
Felsen zittern von dem Falle,  
Selbst das Fürsten-Hause bebt.  
Aller Herzen sind gerühret,  
Da das Schicksaal nun entführet,  
Was die Hoffnung noch belebt.



## II.

Nach der mit gesammter Zuhörer innigster Bewegung  
geendigten Vor-Rede  
wurde fort gesungen:

6.

**W**einet Väter! weinet Söhne!  
Mischet tieffster Traur Gethöne  
Mit gesamten Landes Klag.  
Lasset Thränen davon zeugen,  
Was der Kummer heißt verschweigen:  
Weil mans nicht begreifen mag.

7.

Weinet/ trauret/ flaget/ Väter!  
Aber send auch rechte Bether/  
Schüttet Wunsch' und Flehen aus:  
Bethet für des Landes Beste/  
Für den **Fürsten** / so das gröste,  
Für das ganze **Fürsten-Hauß**.

8.

Bethet: daß **GOTT** unterstütze/  
Eröst/ erquike/ seegne/ schütze/  
Derer Herzen stirbt ein Theil:  
Bethet für **Elisabethen**/  
Bethet auch für **Henrietten**/  
Bethet für **Louysens** Hehl.

9.

Bethet für des Landes Ehre;  
Bethet, daß es **GOTT** erhöre/  
Oh uns schwerer Unglück trifft.  
Bethet, daß **GOTT** gnädig werde;  
Bethet für sein Feur und Heerde/  
Die Er unter uns gestift.

10.

Laßt uns aber unterdessen  
**Fridrich Ludwigs** nicht vergessen.  
**Fridrich Ludwigs** Tod betrübt;  
Was soll wieder Freude schenken?  
Wo nicht Dessen Angedenken  
Selbsten Trost und Leben gibt.

II.

Unsern Kummer soll denn mildern/  
**Fridrich Ludwigs** Bild zu schildern/  
Das nun soll für Augen steh'n:  
Seinem hohen Helden Stammen/  
Seines grossen Geistes Flammen/  
Ehrerbiethigst nachzuseh'n.



III.

Endlich wurde nach der ganzen Rede geschlossen:

12.

So genieße Deiner Freuden /  
Die der Himmel Dir bescheiden,  
Friedrich Ludwig / Fürsten-Sohn.  
Herzogthümer sind zu wenig  
Für Dich: Darum gibt der König  
Aller Fürsten Dir die Cron.

13.

Deiner Ahnen Engel-Orden /  
So Dir für den Adler worden,  
Setz Dich über Thron und Stern.  
Du erfahrest nun die Proben,  
Daß nur das, als gut, zu loben,  
Was man hat bey GOTT dem HERRN.

14.

Freu Dich denn, nach so viel Schmerzen;  
Nub' in Deiner Knechte Herzen:  
Württemberg vergißt Dein nicht.  
Denk auch Du bey GOTT der Deinen /  
Die so tieff gebeugt nun weinen /  
Hindre manches Zorn-Gericht.

15.

GOTT der Götter, Geist der Geister,  
Aller Dinge Rath und Meister,  
Du in Licht verborgnes Drey!  
Lass, ach! lass' uns Gnade finden:  
Gib, daß für des Landes Sünden  
Nun der Straffen Ende sey.

16.

Schöpffer! der Du, was wir sehen,  
Gar aus nichts hast lassen gehen,  
Hilff, wo Rath und Hülffe fehlt.  
Sonderlich lass' uns erfahren,  
Daß von Friedrich Ludwigs Jahren  
Eberhardten zugezehlt.

17.

HERR der grossen Cherubinen!  
Heisse Stamm und Wurzel grünen,  
Da der Zweige Hoffnung fällt:  
Heisse Unserer Kränzen Rahmen,  
Heisse den erlauchten Saamen  
Grünen, an das End der Welt.















Fragment of a label on the top right edge of the book cover.

Fragment of a label on the bottom right edge of the book cover.



# RECTOR IN ALMA HAC EBERHARDINA

L. S.



Uod adhuc feralia turrium aera totis cottidie horis lugubri significarunt murmure, de eo iam & atra haec, quam siccis nemo tangat legatue oculis, tabella Vos, *Ciues tristissimi*, tristi reddat nuncio certiores. Proh vero nuncium! qui, vt percrebuit inter nos, omnium ita perculit animos, consternauitque, sensu calamitatis acerbissimae imas mentium medullas ita pertentauit, vt obstupescerit, vt de statione deiecerit, tantum non confecerit penitus. Proh! nuncium, quo in plena lacrumarum flumina colliquecant, soluanturque, vel è scopulis nati, ferinoque nutriti lacte animi! Quam vero & nos iam, ex infamis alias Caesaris formula, nescire litteras vellemus, qui ex officii munere, quo inter Vos defungimur, heic illum repetamus. Repetamus vero? Immo vero repetamus; sed ita, vt verba nequiquam articulis, sed singultuum interuallis, immenso istos numero superaturis, dimeriamur; vt manus in adfectis, quae scribendae essent, vocibus sexcenties delassetur, defluatque; vt experiantur omnes, re vera nobis accidisse, quod Romanis in minoris momenti quiritatione in votis olim fuit, quum, vt vox deficeret ipsos, optauerunt. Nihil miramur, *Lucam Osiandrum* olim, infaustam Cancellariatui suo adpersam labem, existumasse, quod ab Anno superioris seculi vicelimo secundo ad tricesimum primum, *quatuor Wurtembergiae Ducum*, eorumque ex *quinque filiis*, quos gloriosissimus Dux, FRIDERICUS, reliquit, fratrum, MAGNI, IO. FRIDERICI, LUDOUICI FRIDERICI & FRIDERICI ACHILLIS, funera scholae huic indicere, necesum habuit: Certe nos oneri Aerna grauiori ingemiscimus atque explendis officii nostri, iam vt quod maxime illaetabilis, partibus tam non perferentissimus nos pares, vt defetiscamur potius, dum de *vnus tantum Wurtembergiae Ducis* obitu inauspicatus ad vos perferendus est nuncius. Nimirum occidit, eheu! proh fatum! Vah vocem! quae oculos implet, animos haurit, mentis partes adimit omnes, ora exsiccat, voces in faucibus perimit, cogitationes nascentes opprimit, turbatque, vt, quid primo? quid secundo? quid postea? efferendum sit, minime constet! Occidit vnicum mortalitatis, quam sero exuat! solatium *Serenissimi Ducis, Domini ac Nutricii nostri indulgentissimi, EBERHARDI LUDOUICI!* Occidit *Serenissimae matris Patriae, IOANNAE ELISABETHAE*, pignus, quo coelesti munere Anno 1610ccxlix, D. M. Decembr. xlv, facta mater est, vnicum! Occidit *HENRICAE MARIAE*, *omnium virtutum & decorum numeris absolutissimae Principis* in *augusto* toro, inde ab Anno 1610ccxvi. socius suauissimus! Occidit princeps patriae nostrae spes, sidusque, ab quo, sole paterno sese aliquando condente (cuius nuncium nemo audiat nostrum!) lumen, incolumitatem, decus, floremque, Ducatui huic, aris, focis, fortunis & caritatibus nostris promissimus! Vah vero!

Quae fata Deum Rex

Sortitur, voluitque vices? quæ vertitur ordo!


Occidit terrarum nostrarum heres *sine herede mare*, qualem, vix *sex vertentibus mensibus* monstratum terris, *ante tredecim hosce annos* iam, inexorable fatum abstulit, *vnica filia principe decenni*, DN. LUDOUICA FRIDERICA, in orbitatis solatium relicta! Intelligitis ipsi, *Ciues*, intelligitis, quem, quaesitis ambagibus, teneritas adfectus nominare detrectet. Occidit scilicet, occidit eheu! qui Pyliam superare senectutem debuisset, *Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus FRIDERICUS LUDOUICUS*, *Dux Wurtembergiae ac Tecciae, Comes Montis Pelicardi, Dynasta Heidenhemii, Laudatissimi Circuli Sueuici Generalis Campi Marefchallus Locumtenens, nec non legionis equestris Chiliarcha &c. Wurtembergicarum terrarum heres, idemque Dominus ac Princeps noster, dum vixit, perquam oppido clementissimus.* Hinc ille, *Ciues*, totius Charitiniæ horror; Hinc

Patria terribili tremit horrida terra tumultu,

& totis adeo turbatur agris! Hinc senium, hinc moestitia omnium, trepidatio & anxia futuri sollicitudo! Hinc tartareus ille tectorum parietumque nostrorum nigror! Hinc taedae funestae! Hinc luridi illi, triste tuentium, vultus; illi constantium etiam virorum, oculorumque, Niobes instar percussorum, imbres! Hinc illae, tam spiritum vix ducentium secretae musitationes, quam soli mala narrantium quiritationes amarissimae, ad inflammanda ipsius coeli abdita comparatae. Scilicet, minime

plebeios luctus testata, cupressus

spargitur; tantum abest, vt priuatum aliquem larem, vt aulam solum nostram tangere videatur casus tristissimus, vt ad vnuerfos potius nos iacturae pertineant momenta, & causae lugendi omnibus incumbant innumerabiles. Quid? quod extra fines terrarum, Wurtembergico imperio parentium, luctus nostri squalor erumpere censendus sit, sub alio etiam sole regum, populorumque, ad quos *Wurtembergicorum Principum* virtutem gloriamque dudum propagauit fama, commiserationem prouocaturus. Ingemiscunt sane praecoci maxumae spei Principis fato summae in omni *Europa christiana* Aulae: quae, ex quo pulcerrimis felicium matrimoniorum federibus pleraeque omnes cum Wurtembergica subinde coaluerunt, pars communicati sanguinis beneficium debere gaudentes, pars conferentes, fata huius numquam reputare queunt aliena. Ingemiscunt aulae, *Gallicana* inprimis & *Sabaudica*, nec non toto orbe celebratae Respublicae, quae olim Eum laetae, multoque cum honore, passis exceperunt vlnis, coluerunt ac miratae plurimum sunt, quum



J. M. 46.  
11361.